

quam 5. pro 100. concedantur, ex ratione Ordin. Polit. de 1557. Tit. 17. pr. & §. antepen. ; multas etiam ea de re allegat sententias Camerales cit. l. Imò si in obligatione 6. pro 100. promissa sint, supplicantem huic pacto renunciare teneri, & saltem 5. pro 100. petere, testatur. Idem Blum. Tit. 34. n. 95. & id factum esse in causa Buchenau C. Waldeck/&c. & si non factum, decerni solere: Noch zur Zeit abgeschlagen / sondern wofern Supplicant dein Pa-
cto u/urariorenunciiren wird / soll ferner ergehen was recht ist / & ita decretum fuisse, in causa Truchsessen C. Wolffs Thal. Id quod quidem adhuc hodie in Camera Imperiali in viridi est observantia; Sed propterea tamen Status non prohibentur, quomodo in territoriis suis id ha-
beri velint, & Constitutiones ejusmodi R. I. contraria, præprimis si causa in appellationem non fuerit deducta, vel Ordines illi privilegio de non appellando gudeant, non destituuntur effectu; Nullibi enim constat, Manda-
ta Cæsarea (imprimis, cum in ipsis Imperatoris terris hæ-
reditariis testante supr. cit. Dn. ab Andlern, Sexcunces li-
citæ sint) emanasse, quibus huic vel illi Statui circa ap-
probationem Sexcuncium prohibitio fuerit injuncta; Ca-
meræ vero Assessores, cum nomine Imperatoris & totius Imperii judicent, omnino quoque primariò ea jura, quæ Imperator & omnes Status in Comitiis tulerunt, sequi te-
nentur.

§. XI.

Multa quidem hac de re in medium adhuc afferri pos-
sent; cum vero propositum fuerit, non tractatum, sed saltem Dissertationem conscribere, sufficiat, hisce aliquatenus demonstrasse, quæ circa Legumlationem vel earum mutationem tam in genere, quam in specie intuitu Rei-
publicæ